

**Compte de la châtellesnie de Montmélian  
(24 mars 1286 - 23 mars 1287)<sup>1</sup>.**

— Mars 1286 - mars 1287.

*Compte de Girard de Langes, châtelain de Montmélian.*

A. Original, rouleau de parchemin conservé aux Archives départementales de Savoie, SA. 9325. (cf. Inv. 51, mazzo 1<sup>o</sup>, fol. 257).

Au dos : *Dez le 30 novembre 1285 au avril 1287, 3 comptes de D. Guichard de Montagny et Girard de Langes, châteleins et receveurs des revenus de Montmeillan.*

(3e couture) Computus domini Girardi de Langis, ballivi Sabaudie, a dominica post annunciationem beate Marie, anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> LXXX sexto, sumpto millesimo in nativitate Domini, usque ad eandem diem, videlicet de uno anno integro, exceptis bannis et escheitis de quibus computavit usque ad dominicam ante purificationem beate Marie tantum.

FRUMENTUM :

Idem reddit computum de 2 sest., 10 varc. et dimidia quarta frumenti receptis in mistralia de Arvesio ab reddito per annum, ut in particulis in extenta.

De 4 varc. et dimidia receptis apud Toyreu de empto facto a Guillelmo de Coroana, de reddito per annum.

De 3 varc. receptis apud Toyreu de exitu terrarum dicti Guillelmi hoc anno.

De 9 varc. receptis de firma molendini empti ab eodem Guillelmo apud Toyreu finita in festo beati Michaelis anno octuagesimo sexto.

De 4 sest. 10 varc. receptis de medietate firme eminagii finite die lune ante festum beate Marie Magdalene, anno octuagesimo sexto, et de alia medietate computavit dominus Guichardus de Montaniaco, ballivus ante ipsum.

De 4 sest., 10 varc. receptis de Michaele Bonareus pro medietate firme predictae finiende die lune ante festum beate Marie Magdalene, anno octuagesimo septimo, et tunc debentur tantumdem.

<sup>1</sup> Nous remercions Ph. Paillard, conservateur des Archives départementales de Savoie, pour son aide dans la transcription et la traduction du document.

Les mesures de capacité sont le setier (*sest.*) et la varcine (*varc.*) qui vaut un quart de setier.

Les monnaies sont la livre (*lb.*), le sou (*s.*), le denier (*d.*) et l'obole (*ob.*), parfois exprimées en monnaie forte (*f.*) ou encore en monnaie genevoise (*geb.*).

De 16 varc. receptis de exitu molendinorum domini supra Ysaram a die mercuri post Penthecoste que fuit nonas junii anno octuagesimo sexto usque ad dominicam ante purificationem beate Marie anno octuagesimo septimo, per quod tempus Petrus de Maladeria tenuit dicta molendina ad quintam partem pro eo quod non inveniebatur cui darentur ad firmam.

De firma molendinorum anni preteriti recepta infra in denariis in titulo de firmis, de exitu terrarum Hugonis de Comer et de exitu terrarum Guigonis Brocardi que redacta fuerant ad manum domini propter guerram non computat quia dominus reddit dictas terras eisdem.

Summa : 11 sest., 4 varc. et dimidia frumenti ..... Et remanencia.

ARRRERAGIUM :

Idem reddit computum de 12 sest., 12 varc. et dimidia frumenti receptis a domino Guichardo de Montaniaco, ballivo, ante ipsum, de remanencia computi sui anni precedentis. .... Venduntur ut infra.

SILIGO :

De exitu terrarum Guigonis Brocardi non computat quia reddite sunt dicto Guigono per dominum.

De 22 varc. siliginis receptis de exitu molendini domini supra Ysaram per idem tempus, ut supra in frumento.

Summa eadem : 22 varc. siliginis et remanencia.

AVENA :

Idem reddit computum de 3 sest., 5 varc. avene receptis in mistrallia de Arvesio, de redditu per annum.

De avena que levabatur apud Planesiam pro chavallagio et apud Chavannam non computat quia assignata est domino Johanni de Altavilla.

De 21 sest., 13 varc. receptis in burgo Montismeliani pro franchimento carentene per annum, deductis 6 varc. dimissis albergo Johannis Bernerii per dominum comitem Amedeum et 5 varc. dimissis Bernardo, notario per dominum comitem Philippum.

De 5 varc. receptis apud Toyreu de empto facto a Guillelmo Coroana, de redditu per annum.

De 2 varc. receptis apud Toyreu de taschia terrarum dicti Guillelmi per annum.

De 9 varc. receptis de firma molendini empti a dicto Guillelmo finita, ut supra in frumento.

De 4 sest., 4 varc. receptis de medietate firme eminagii Montismeliani finite die lune ante festum beate Marie Magdalene anno octuagesimo sexto, et de alia medietate computavit dominus Guichardus de Montaniaco, ballivus ante ipsum.

De 4 sest., 10 varc. receptis de Michaele Bonareus pro medietate ejusdem firme finiende die lune ante festum beate Marie Magdalene, anno octuagesimo septimo, et tunc debentur tantumdem.

De exitu molendinorum domini supra Ysaram, nihil hoc anno in avena.

De terris Hugonis de Comer et Guigonis Brocardi non computat quia redditae sunt eisdem per dominum comitem.

Summa : 35 sest. avene et remanencia.

#### ARRERAGIUM :

Idem reddit computum de 11 sest. avene receptis a domino Guichardo de Montaniaco, ballivo ante ipsum, de remanencia computi sui precedentis.

Summa : 11 sest. avene ..... Venduntur ut infra

#### VINUM :

Idem reddit computum de 106 sest. vini receptis apud Montemelianum, de redditu per annum, ut in particulis in extenta, incluso vino quod debent illi de Camberiaci qui non venerunt consignare in extenta, et inclusis duobus sest. vini quos debet Guionetus de Saisello pro vinea domini Gonterini.

De 57 sest. et dimidia receptis de exitu vinee domini subtus castrum Montismeliani hoc anno quam excolit Petro Porterii ad medium racemorum vel vini.

De exitu vinee Hugonis de Comers et vinee Guigonis Brocardi non computavit quia redditae sunt eisdem per dominum comitem.

Summa : 163 sest., de quibus libavit ad expensas hospicii domini comitis 5 sest. et Jacobo Regis que portata sunt apud Burgetum per manum Jacobi Porterii, 129 sest. et dimidiam, fece et consumptione 14 sest. et remanencia 14 sest. et dimidie.

#### CERA :

De 10 libris cere quas debet domus sancti Innocentii pro garda per annum, non computat quia vult dominus quod solvantur castellano Burgeti qui de ipsis debet respondere.

#### OBOLI AURI :

Idem reddit computum de 1 obolo auri recepto de domo Maladerie Camberiaci pro garda per annum.

De 1 obolo auri recepto de Albo de sancto Johanne de Arvesio pro eodem.

De uno obolo auri quem debent heredes domini Guigonis de Chambranna et de uno obolo auri quem debet Jacobus de Burgeto. Et de uno obolo auri quem debent liberi de Conceu non computat quia vult dominus quod solvantur castellano de Burgeto qui de eis debet respondere.

Summa : 2 oboli auri ..... venduntur ut infra.

FERRUM :

Idem reddit computum de 100 ferris equorum cum clavellis receptis in burgo Montismeliani pro franchimento quarentene.

ARRERAGIUM :

Idem reddit computum de 100 ferris cum clavis receptis de ballivo ante ipsum.

Summa cum arreragio : 200 ferri cum clavis.

FENUM :

Idem reddit computum de 13 trussis feni de exitu fenatagii prati Caini et Planesia hoc anno e respondet minus solito propter guerram.

Summa : 13 trussis feni ..... venduntur ut infra

GALLINE :

Idem reddit computum de 2 gallinis receptis de Hugone Mareschalo et de pueris et de Vinica d redditu per annum.

De 11 gallinis receptis in mistrallia de Arvesio pro eodem.

De 1 gallina recepta de Johanne Lodoit pro eodem.

De triginta tribus gallinis que debebantur in mistrallia de Toallia non computat quia date su domino Raimundo de Intermontibus per dominum Amedeum.

De tribus gallinis que debebantur apud Chavannam non computat quia date sunt et assigna domino Johanni de Altavilla.

Summa : 14 galline ..... venduntur ut infi

DENARII CENSUS :

Idem reddit computum de 23 s. 9 d. forc receptis apud Montemmelianum de redditu per ann ut in particulis in extractu extente.

De 12 d. receptis de Guioneto de Saisello pro vinea domini Gontanni de Saisello quia non sunt consignati in extenta.

De 3 d. receptis de Rodulfo Bastonelli pro eodem.

De 6 d. receptis de heredibus Johannis Mali pro eodem.

De 50 s. receptis de Jaquemeto Silvestris pro prato domini apud Montemmelianum.

De 16 s. 2 d. quos dominus percipiebat apud Chavannam, non computat quia assignati sunt domino Johanni de Altavilla per dominum comitem Amedeum.

De 20 s. 11 d. receptis in mistrallia de Arvesio de redditu per annum, ut in particulis in extractu extente.

De 13 s. 4 d. ob receptis apud Toyreu de empto facto a Guillelmo de Coroanna de redditu per annum, inclusis sex panibus computatis 18 d. et fuerunt empti per dominum Petrum de Langis.

De 9 s. 6 d. receptis apud Toyreu de empto facto ab eodem Guillelmo per dominum Guidonem Bonardi, de redditu per annum.

De 15 s. receptis de Hugone de Coroana pro tenemento quodam Poncerii sibi albergato per dominum Guillelmum Bonardi, de empto ejusdem Guillelmi, incluso prato de quo solent computere quatuor denarii.

De 2 d. receptis de Johanne Buerii pro vinea quodam Vifredi Solvay de redditu per annum.

Summa : 6 lb. 14 s. 5 d. ob. f.

TALLIE :

Idem reddit computum de 6 lb. f. receptis in mistrallia de Arvesio pro tallia hoc anno.

Summa : 6 lb. f.

(4e couture). RECOGNITIONES :

Idem reddit computum de 9 s. 6 d. receptis de recognitione per annum ut in particulis in extenta

Summa : 9 s. 6 d. f.

FIRME :

Idem reddit computum de 28 lb. f. de firma furnorum domini Montismeliani finita in festo beati Vincencii octuagesimo septimo, sumpto millesimo in nativitate Domini, et tunc datur ad firmam Jaquemete, uxori Bernardi, notarii pro 32 lb. f.

De 15 lb. receptis de medietate firme leide Monstismeliani finite prima die junii anno octuagesimo sexto, et de alia medietate computavit dominus Girardus de Montaniaco, ballivus ante ipsum.

De 15 lb. receptis de medietate ejusdem firme finiende prima die junii anno octuagesimo septimo, et tunc debuntur tantundem.

De 4 lb. 15 s. receptis de teissiis domorum Montismeliani hoc anno in festo beati Andree, ubi levantur pro qualibet teissia casalis 4 d. f.

De 55 s. receptis de medietate firme ponderis finite prima die maii anno octuagesimo sexto, et de alia medietate computavit ballivus ante ipsum.

De 55 s. receptis de exitu ponderis a prima die maii anno octuagesimo sexto usque ad diem jovis post ephifaniam Domini anno octuagesimo septimo, sumpto millesimo in nativitate Domini, et tunc traditum est dictum pondus Alasie et Jacobe, filiabus quondam Jacobi Trabil qui debent ipsum cruere per decennium pro jure quod habebant in dicto pondere et fine decennii debet reduci ad manum domini.

De 6 s. receptis de duobus mutonibus et uno agno habitis de exitu pedagii mutonium et agnorum hoc anno et levatur de quolibet trupello mutonum unus muto et de 20 agnis unus agnus.

De exitu pacharagii, agnellagii, coroatarum et manupere non computat quia Johannes de Altavilla ea percipit.

De 2 s. receptis de fromagina apud Toalliam hoc anno ubi levatur de quolibet faciente caseum unus caseus.

De 14 s. receptis de firma folle domini apud Toyreu de empto Guillelmi de Coroanna finita in festo beati Michaelis anno octuagesimo sexto.

De 70 s. receptis de Manueto de Bellicio pro firma medietatis mistrallie Montismeliani contingentis dominum finita in pasche anno octuagesimo sexto.

De 16 lb. 10 s. receptis de firma molendini domini supra Ysaram a die mercurii post Penthecostam que fuit nonas junii anno octuagesimo quinto usque ad eandem diem anno octuagesimo sexto, videlicet de uno anno integro.

Summa : 88 lb. 7 s. f.

#### LAUDES ET VENDITIONES :

Idem reddit computum de 7 s. 9 d. f. receptis de Micheleto de Fonte pro laude et venditione cujusdam vinee empte a Guillelmo Loboschum, precio 50 s. f.

De 23 s. receptis de garcione Andree Chaberti pro vinea empta a Petro de Furno : precio 7 lb. 10 s. f.

De 3 s. 9 d. ob. receptis de Bruneto de Comers (Covers ?) pro domo empta a Johanne Fabri : precio 50 s. f.

De 18 s. 6 d. receptis de Guiffredo Chapella pro prato empto a Petro Mistralli : precio 60 lb. f.

Summa : 53 s. ob f.

BANNA :

Idem reddit computum de 20 s. f. receptis de Guillelmo de Solleriis eo quod excusit cutellum suum super quemdam hominem.

De 55 s. receptis a Stephano de Bovier pro eo quod filii sui ministraverant victualia malefactori domini comitis.

De 100 s. receptis de Alberto de Vilano Cruis pro banno furti.

De 10 lb. receptis de Petro Rosseti quia austulatur quemdam hominem familiaribus ballivi.

De 5 s. receptis de uxore Guillelmi de Channeto pro banno pene.

De 10 s. receptis de Petro Pochez pro banno sanguinis.

Summa : 18 lb. 7 s. f., deducta parte ballivi capiente 12 d. in qualibet libra.

CLAME :

Idem reddit computum de 18 d. forc receptis de Johanna Manto, filie Johannis de Porta pro clama hoc anno.

De 3 s. receptis de [.] de maladeria pro eodem.

De 3 s. receptis de Bosthacio Bonimini pro eodem.

De 3 s. receptis de Lacrissi pro eodem.

De 3 s. receptis de Petro Chareri pro eodem.

De 3 s. receptis de Stephano del Poisat pro eodem.

De 3 s. receptis de fratre Laurencii Fabri pro eodem.

De 2 s. receptis de Vincencio de Fonte pro eodem.

De 3 s. receptis de Petro Aroer de Chinins.

De 18 s. receptis de Michaelae Fabri pro eodem.

De 3 s. receptis de monacho de Arvesio pro eodem.

De 3 s. receptis de Bruno Rougier pro eodem.

De 6 s. receptis de Jaqueto de Chavanna pro 2 clamis.

De 2 s. 6. d. receptis de Petro de Lennis pro eodem.

De 3 s. receptis de Petro Raver de Cruis pro eodem.

De 2 s. receptis de Boges pro eodem.

De 2 s. receptis de filio alias Noiton de Albino.

Summa : 32 s. f., deducta tercia parte quam ibi percipiunt mistralles, videlicet Marinetus et Guillelmus.

PEDAGIUM :

Idem reddit computum de 4 lb. 10 s. f. receptis de exitu pedagogii quod levatur apud Montemmelianum per manum Deifilii a festo beati Andree Apostoli anno octuagesimo quinto usque ad diem martis ante purificationem beate Marie anno octuagesimo septimo, deductis 12 s. f. qui dantur dicto Guillelmo pro colectura dicti pedagogii.

Summa : 4 lb. 10 s. f.

JUDEI :

Idem reddit computum de 100 s. f. receptis de Ysaac, judeo morante apud Montemmelianum pro censa sua anni finiti in nativitate Domini, anno octuagesimo septimo, sumpto millesimo in nativitate Domini.

De 50 s. receptis de Layneto, judeo, pro censa sua anni finiti eodem termino.

Summa : 7 lb. 10 s. f.

ESCHEITE :

Idem reddit computum de 70 s. forc receptis de Aymone Delsairs pro concordia facta eo pro Hugone fratre suo de Fonte quod dicebatur fuisse usurarius.

De 30 s. receptis de Polleto de Fonte pro eo quod dicebatur fuisse usurarius.

Summa : 100 s. f.

PLACITA :

De placita et inventis et aliis obventionibus nichil hoc anno.

VENDITIONES :

Idem reddit computum de 16 lb. 16 s. 10 d. ob. f. receptis de 12 sest. et dimidia varc. frumenti venditis ut supra, quolibet sestario vendito 28 s. f. deductis 12 varc. pro geitis.



De 7 lb. 4 s. 4 d. ob. f. receptis de 10 sest. 5 varc. avene venditis ut supra, quolibet sestario vendito 14 s. f., deductis 11 varc. pro geitis.

De 7 s. forc receptis de duobus obolis auri sic venditis.

De 7 s. receptis de 13 trossis feni venditis pro canto, deductis expensis colligencium dictum fenum.

De 3 s. 6 d. receptis de 14 gallinis venditis ut supra, qualibet gallina vendita 3 d. f.

Summa : 24 lb. 18 s. 9 d. f.

Summa totius recepte : 166 lb. 9 d. f.

FORINSECA :

Idem reddit computum de 35 lb. geb. receptis de Amblardo de Composta pro redemptione Henrici de Albies capti in conflictu Gebensi apud Altamvillam.

De 25 lb. f. receptis de domino Raimundo de Intermontibus pro hostagiamento Jaqueti de Stonas capti in eodem conflictu.

Summa 25 lb. forc et 35 lb. geb.

Summa totius recepte cum forinseca :

191 lb. 9 d. f.

35 lb. geb.

De quibus :

In domibus castri recooperiendis hoc anno cindulis et clavino ad idem, in una magna scala facienda ad acendendum super tecta, uno restrello facto in bassa salla ad reponendum balistas et uno pavete facto de postibus in coquina et guicheto magne porte exterioris reficiendo et una sera ibidem, ut in particulis : 39 s. 2 d. f.

In uno foramine in raterio turre obturando et cisterna aptanda calce et arena ad idem : 15 s. 2 d.

In una cinolla facta supra cisternam ad extraendum aquam et fusta et faramenta ad idem : 19 s.

In filio empto pro cordis balistarum faciundo : 10 d.

In doliis ad vinum domini ponendum, lingandum et circulis emptis ad idem 12 s. 6 d.

In expensis colligentium vinum domini apud Albinum hoc anno : 4 s.

In portagio 26 somatarum vini de Albino in castrum, ultra aliud vinum quod portatum fuit ad corvatas : 2 s 2 d.

In vino aportando de vinea domini ad castrum : 2 s. 6 d.

In situ furni superioris aptando per manum Bernardi, notarii : 4 s. 6 d.

In vivio hospitalis juxta rupem levando calce, lapidibus, arena, emptis ad idem : 14 s. 10 d.

In fusta molendini supra Ysaram dir[uti] recolligenga per aquam : 18 s. 9 d.

In factura dicti molendini de novo faciendi fusta empta ad idem, ut in p[articulis] : 6 lb. 4 s 2 d.  
ob.

In ferramenta ad opus dicti molendini : 64 s. 3 ob.

2 molis emptis ad idem : 20 lb.

In 2 molendinis supra Ysaram aptandis per dictum annum per quem Jaquemeta, uxor Bernardi, ipsa tenuit ad firmam et cathenis et magno ferro dictorum molendinorum aptandis et reficiendis : 51 s. 7 d.

In 2 molis emptis, positis in dictis molendinis : 27 s.

In una domo facta juxta molendina in qua vanuatur bladum, [fusta], ferramenta, cindulis et clavino ad idem, ut in particulis : 52 s.

In stipendiis plurimum et diversorum nuntiorum missorum per dictum tempus pro negociis domini, ut in particulis, exceptis nuntiis missis pro succursu Bellecombe qui illi de Graisivaudar capti fuerunt : 6 lb. 11 s. 8 d.

In expensis plurimum latronum per dictum tempus quorum quidam fuerunt supensi, aliis

(Se couture) fuerunt cise auricale : 5 s. 10 d.

In expensis Hugonis Villers de Ayma quem captum tenuit per 17 (sic) et fuit ei caput amputum quia interfecerat Petrum Gondini de Ayma : 25 s.

EXPENSE DE CUSEU : 63 lb. 10 s. 10 d. ob. f.

In expensis 14 boveriorum ducentium tentoria domini comitis apud Cuseu quia castrum captum fuit et mantellos et pavem ad opus domini et expensas Manneti de Bellicio equitis ducentis dicto boverios : 18 s. 6 d.

In 5 quintalibus canabi empti et portati apud Cuseu redditi castrum dicti loci et magistro Egidio 46 s. 1 d.

In 700 carellis emptis et portatis apud Cuseu in eodem exercitu : 21 s.

In expensis 12 clientium qui remanent apud Cuseu quando castrum captum fuit, redeuntium i Mauriennam : 6 s.

In expensis 30 clientium ducentium 10 somatas vini et 24 vaisselos frumenti de blado domini apud Cuseu die mercurii post festum beate Katerine ubi tradita fuerunt magistro Petro Montebeliard 30 s.

In loquagio 20 bestiarum portantium dictum vinum et bladum : 15 s.

In eisdem 10 somatis vini continentibus 12 sest. et dimidium emptis et traditis eidem magistro Petro per litteras ipsius de recepto quas reddit et dantur pro quolibet sestario 5 s. forc : 62 s.6 d.

In 20 aliis vaissellis farine frumenti ad mensuram Camberiaci emptis et traditis dicto magistro Petro pro municione castri de Cuseu per litteras ipsius de recepto quas reddit datas die martis post festum beati Martini anno octuagesimo septimo et dantur pro quolibet vaissello 4 s. 6 d. fort : 4 lb.10 s. f.

In 4 somatis vini continentibus (*sic*) 13 sestarios et dimidium emptis a Petro Bonivardi et dantur pro quolibet sestario 6 s. f. : 4 lb. 12 d.

Idem libravit eidem magistro per easdem litteras ipsius in denariis : 100 s.

In loquagio bestiarum portantium dictum vinum et bladum usque ad castellanum et expensis clientium ipsas ducentium : 22 s. 2 d.

In 46 vaissellis frumenti ad mensuram Camberiaci et 37 sest. vini emptis a Petro Bonivardi traditis dicto magistro Petro pro municione dicti castri per litteras ipsius de recepto quas reddit, datas die veneris post nativitate Domini anno octuagesimo septimo, et dantur pro quolibet vaissello frumenti 4 s. 6 d. f. et pro sestario [vini] 6 s. : 21 lb. 9 s.

In tela pro saccis faciendis ad portandum dictum bladum : 11 s. 6 d.

Idem [libravit] magistro Petro pro ferramenta molendini de Cusiaco per easdem litteras : 16 s. 7 d.

In loquagio bestiarum ducentium dictum bladum et vinum et ferramentam : 50 s.

In stipendiis 23 hominum cum armis et 4 clientium de Valle Miolani ducentium dictum bladum et vinum apud Cuseu per 3 dies inceptas die martis post festum beati Nicholai : 7 lb. 18 s. 4 d. ob.

Idem libravit Guigono de sancto Germano in pane ad opus hospicii domini comitis in exercitu de Cuseu et in 6 saccis emptis pro dicto pane portando per litteras ipsius quas reddit : 38 s. 2 d.

Idem libravit Petro Trabichaz de stipendiis suis que sibi debentur et Johanne de Composta pro municione castri de Cuseu : 75 s.

In stipendiis 6 hominum cum armis quos secum duxit dictus ballivus apud Montem Falconem per 2 dies : 22 s. 6 d.

In stipendiis 15 hominum cum armis quos secum duxit idem ballivus apud Altamvillam pro homagiis nobilium dicti loci recipierunt et fuerunt per 3 dies : 25 s.

In loquagio 3 bestiarum portantium 9000 carellorum apud Burgetum : 3 s. 3 d.

In stipendiis 3 hominum cum armis ducentium Henricum de Brice et Guillelmum de Buen a Montemeliano usque ad sanctum Genesium per 3 dies et expensis dictorum captorum et loquagio duorum roncinorum pro dictis captis ducendis et expensis 3 hominum cum armis et 10 clientium dictos captos ducencium apud Aquabellam : 30 s.

EXPENSE MOLETARUM :

In stipendiis Reviria, carpentarii, missi apud Moletas pro ingenio dicti loci aptando per 3 dies : 3 s.

In stipendiis 25 clientium missorum apud Moletas per dictum ballivum et fuerunt ibi per 3 dies quando exercitus erat apud Cuseu : 37 s. 6 d.

In stipendiis 24 clientium missorum apud Moletas die sabbati post festum beati Michaelis per unam diem quia dicebatur quod gentes Dalfini debebant ibi venire : 12 s.

In stipendiis 10 clientium missorum apud Moletas et fuerunt ibi per 7 dies quando castrum de Brior fuit captum incipiendos die lune post festum beati Bartholomei : 48 s.

In stipendiis plurium et diversorum clientium quos tenuit in munitione castri Moletarum ultra municionem castellani quam debet tenere ex conventionem secum facta ab octava festi Michaelis usque ad dominicam ante nativitatem Domini et fuerunt quinque, quindecim, quinque et octo et dantur cuilibet 9 d. f. per diem ultra viginti quinque clientes qui fuerunt ibi per 3 dies quando exercitus fuit apud Cuseu, ut in particulis et per testimonium dicti castellani : 19 lb. 12 s.

In stipendiis plurium terralatorum reparantium fossata Moletarum in pluribus locis et stipependiis (*sic*) plurium carpentariorum aptantium muetas, corsevas et ingenium ut in particulis : 66 s. 2 d.

In 25 quarrellis ad turnum et 500 carellos ad 2 pedes et 100 tachis ferri pro chaffallis firmandis : 21 s. 6 d.

In stipendiis Richardi de Mosteno morantis in municione castri Altisvilarii de sexto (*sic*) balistariorum a die martis post festum beati Bartholomei usque a die martis ante festum beati Luce, videlicet per 7 septimanas, quolibet capiente per diem 15 d. et dicto Richardo 18 d. et 2 balistariorum morantium ibidem per 8 dies ultra predictis : 10 lb.

Idem libravit Petro de Alta Vilarii pro expensis quas fecit in municione dicti castri usque ad diem jovis post ephifaniam Domini anno octuagesimo septimo, per litteras ipsius quas reddit : 6 lb. 10 s.

Idem libravit ad expensas domini Juliani amiralis regni Chipri factas apud Montemmelianum per litteras domini de mandato et litteras domini Arnis de Florencia de testimonio quas reddit : 58 s. f.

Idem libravit ad expensas domini Bonifacii, archiepiscopi Ravene factas apud Montemmelianum per litteras domini de mandato et litteras familiarum dicti domini archiepiscopi de testimonio quas reddit : 9 lb. 12 s.

In expensis Jaquerii de Altavilla quem captum tenuit apud Montemmelianum et expensis clientium ipsum custodiendum que deliberavit domino Raimundo de Intermontibus sine mingalia per litteras domini de mandato et litteras dicti Jaqueti de testimonio : 60 s.

In expensis 9 nobilium de Chassenagio captorum in castro de Septimo quos captos tenuit per 10 dies et expensis clientium ipsos custodientium per dictum tempus : 10 lb. 9 s. 4 d.

In stipendiis ipsius ballivi per unum annum tenentis secum ex conventionem facta cum eo 6 bonos clientes et 3 bonas garcias capientis per annum 60 lb. vien. : 60 lb. f.

Idem libravit Petro, porterio castri Montismeliani, pro prebenda sua in dicto castro de anno finito in ephifania Domini anno octuagesimo sexto, sumpto millesimo in nativitate Domini : 60 s. f.

Idem libravit eidem Petro, porterio castri Montismeliani, pro prebenda sua in dicto castro de anno finito in ephifania Domini anno octuagesimo septimo, sumpto millesimo ut supra : 60 s. f.

Idem libravit Libaudo, fabro, pro 15 milibus carellorum emptis ab eodem ultra 20 sibi solutas quas sibi solui fecit dominus comes per litteras ipsius de mandato et publicum instrumentum de recepto quas reddit ; de quibus 15 milibus tradita fuerunt Girardo de Avellino deferenda apud Brior 9 mille et Raimundo de Ponte Vitreo pro municione Alteville, 4000 ; item in corsevis missis in Viennensi, 116 et in succursu Alteville 1600 per litteras domini de testimonio quas reddit : 12 lb. 10 s.

Item ad expensas contra [.] : 25 s.

Summa expensarum et libratarum : 249 lb. 6 s. 3 ob. f. Et sic debentur eidem ballivo : 59 lb. 5 s. 4 d. ob. f. et ipse baillivus debet : 35 lb. geb.

Memorandum quod dictus ballivus libravit magistro Petro de Montebeliardo pro municione castri de Cuseu per litteras ipsius que debent deduci de frumento quod debet 3 sest. frumenti et 4 sest. avene que libravit ad equos archiepiscopi ; item, debent deduci 6 varc. frumenti quas recuperavit dominus Guichardus de Montaney de firma eminagii, non computat per litteras dicti Guichardi quas ostendit.